

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institvtionvm Ivrис Ivstinianearvm
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. X. De iis, per quos agere possumus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

eam obtentum non est, postea per aliam consequimur. a. l. 57. ff. d. R. J. ita post Noxæ dedicationem damnive æstimationem, utili actione de pauperie impetratam, competit Ædilitia actio, quatenus amplius quid persequitur. §. i. J. b. L. 130. ff. d. R. J. (a) l. 34. §. f. ff. d. O. & A. Cumulativus, quo ex omnibus actionibus concurrentibus licet *commodum* percipere. l. 7. §. i. ff. d. cond. furt. §. 18. J. d. action.

V. Pauperies pro Affini agnoscit *animalis ad nocendum proclivis retentionem*, quæ est delictum extraordinarium, propter quod Dominus, qui sciens animal ad nocendum proclive retinet (e. g. bovem cornupetam) damno ab eodem dato arbitrarie punitur. O. C. a. 136.

TIT. X.

De iis, per quos agere possumus.

Per quos agere liceat.

None admonendi sumus, agere posse quemlibet hominem, aut suo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim in usu fuisset, alterius nomine agere non posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea Lege Hostilia permisum erat, furti agere, eorum nomine, qui apud hostes essent, aut Reipublicæ causa abessent, quive in eorum, cuius tutela essent. Sed, quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine neque agere, ne-

(a) Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes alia aliam consumit. L. 130. ff. d. R. J.
§. I. J. b.

que

que excipere actionem licebat, cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ causæ sëpe hominibus impedimento sunt, quo minus rem suam exequi possint.

Quibus modis procurator constituatur.

1. Procurator neque certis verbis, neque præsente adversario, imo & plerumque eo ignorantे constituitur. Cuicunque enim permiseris rem tuam agere aut defendere, is tuus procurator intelligitur.

Quibus modis tutores vel curatores constituantur.

2. Tutores & curatores quemadmodum consti-
tuantur, primo libro expositum est.

I.

Agere licet in Judicio vel nomine suo, vel alieno. *Jure veteri* alterius nomine agere non permittebatur, nisi (1) pro Populo PR. J. b. Pr. I. h. per Actorem vel *Syndicum*, L. I. §. I. ff. quod cu-
jusque Univ. (a) qui se legitimat *Instrumento Syndicatus*, publica videlicet Magistratus, Notarii, fide confecto vel sigillo Universitatis pu-
blico singulorumve subscriptione munito. (2)
Pro Libertate PR. J. b. (3) Pro Tutela, PR. J. b.
i. e. tutorio nomine pro pupillo. (4) Lege Ho-
stilia furti nomine pro absentibus Reipubl. causa
vel apud Hostes existentibus. PR. J. b.

II. *Jure novo* regulariter per Procuratorem

(a) *Omnibus licitis Collegiis* permisum est habere Acto-
rem s. *Syndicum*, per quem, quod communiter agi fie-
rique oporteat, agatur vel fiat. L. I. §. I. ff. quod cuj.
univers.

L 1 4

agere



*agere & excipere permittitur. Pr. J. b. L. i. §. 2.
ff. d. Procur.* (b) Id vero limitatur (1) in causis
Criminalibus, quandoquidem in his Jure Civili
r. accusatoris & rei procurator non admittitur,
l. i. 3. §. 1. ff. d. publ. jud. nisi forte reo levior rele-
gatione poena sit imponenda, l. i. ff. an per al.
caus. appell. Verum Jure hodierno, cessante in-
scriptionis vinculo, Procurator pro Accusatore
admittitur. O. C. a. 12. item pro Reo, quando ad
poenam corporis afflictivam perveniri nequit.
j. de injuriis Rescriptum Reg. de d. 4. Mart. 716.
(2) In Cambialibus Causis ex Parte Rei Jure Sax.
El. juxta das erneuerte und erweiterte Marcht-
Rescript. d. A. 1660. C. S. p. 1103.

III. *Procurator* autem in genere est, qui *alie-
na* negotia *mandato Domini* administrat. l. i. ff.
d. Proc. atque is vel Negotiorum s. *Extrajudicia-*
§. i. I. h. lis, vel *Litium*, s. *Judicialis*, §. I. J. h. & hic ad
agendum datus *Procurator*, ad defendendum
Defensor in lato sensu dici solet. d. §. l. 12. C. d.
Proc. *Procurator Judicialis* (cujus & *Advocati*
Officium sæpe *bodie* in unam personam concur-
rit) constituitur etiam adversario ignorante, §. I.
J. h. vel *Judicialiter* s. apud acta, a. §. I. J. h. O.
P. S. t. 7. §. Da auch. Vel *Extrajudicialiter* in
primis per *Procuratorium* s. *Mandatum*, eine
Vollmacht, idque dividitur in *Generale*, quo cau-

(b) *Usus Procuratoris per quam necessarius est, ut qui
rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per
alios possint vel agere vel conveniri. L. i. §. 2. ff. d.
Procur.*

fa

sa in genere alicui committitur, j. c. 4. d. Proc. 6.
 & Speciale, quo expeditio negotii nominatam
 expressionem requirentis committitur. l. 40. ff.
 d. proc. c. f. d. Proc. 6. C. 81. d. R. J. 6. (c) e. g. In-
 strumenti recognitio, juramenti delatio.

IV. Mandatum requirit (1) Nomen Man-
 dantis & hæredum, R. J. d. A. 1654. §. 99. Mand.
 El. d. A. 1655. Mandatarii, Adversarii & Judicis.
 (2) Determinationem *Causæ* & *Actus*, quapro-
 pter fit Constitutio. a. l. 65. ff. d. Proc. (3) Ex-
 pressionem *loci*, *Temporis*, *Anni* & *diei*. c. f. X.
 d. Proc. l. 31. §. f. ff. eod. (4) Clausulam *Rati*
Jure non Civili, a. l. 6. ff. d. condic̄t. ind. sed *Sa-*
xonico & *Camerali*. fac. R. J. d. An. 1512. von *Not.*
art. von der Anwalten Sachungen, §. 1. (5) Sub-
 scriptionem & *Sigilli* appositionem secundum
O.P.S. T. 7. §. Da auch.

V. Agere licet in judicio etiam *Tutorio* aut
Curatorio nomine. §. II. J. b. cum vero omnes §. 2. I. h.
 Tutores & Curatores opus habeant Confirmatione
 per R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 2. illi per
 Tutoria item *Curatoria*, eorumque Actores si-
 mul per *Actoria* se in Judicio legitimant. A
 qua Confirmatione & obligatione ad Tuto-
 rium exhibendum immunis est pater, vi pa-
 triæ potestatis in filium competentis judicialiter
 comparens.

(c) In generali concessione non veniunt ea; quæ quis
 non esset verosimiliter in specie concessurus. C. 81. d.
 R. J. 6.

TIT. XI.

De Satisficationibus.

Jus antiquum. De judicio reali.

Satisficationum modus alius Antiquitati placuit, Salium Novitas per usum amplexa est. Olim enim, si in rem agebatur, satisfare possessor compellebatur, ut si victus, nec rem ipsam restitueret, nec litis aestimationem; potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus: quæ satisfatio appellatur *judicatum solvi*. Unde autem sic appellatur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod fuisset judicatum. Multo magis is, qui in rem actione conveniebatur, satisfare cogebatur, si alieno nomine judicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisfare non cogebatur. Procurator vero, si in rem agebat, satisfare jubebatur, *rem ratam dominum habiturum*. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores vero & curatores eodem modo, quo procuratores, satisfare debere, verba Edicti faciebant. Sed aliquando his agentibus, satisfatio remittebatur. Hæc ita erant, si in rem agebatur.

De judicio personali.

Ex l. 5. §. 1. Si vero in personam, ab actoris quidem parte ult. quib. eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in ex caus. in rem agitur. Ab ejus vero parte, cum quo agitur, si poss. eat. quidem alieno nomine aliquis interveniret; omn. *Ex l. 46. §.* modo satisfaret: quia nemo defensor in aliena res si. *z. d. pro-* ne satisfatione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis judicium accipiebat in personam; *judicatum solvi* satisfare non cogebatur.

Jus novum. De reo.

2. Sed hodie hæc aliter observantur. Sive enim quis